



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ
Deuotæ**

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

[Facies speculu[m] est animæ paßionum. Colloqvm LVII.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

dinē nō leuibus lineamētis, sed claris & lucidis coloribus in facie esse adūbratā. Nā et si sāpenumerò propter causas iā dictas inter prototypō & picturā ipsā dissimilitudo reperiatur, illud tamē certū ac indubitatum est, multas faciei notas impressas esse euidentissimas interiorū qualitatum; quod satis omnino est ad id, quod volumus, demonstrandum, esse videlicet non pauca, cur ea animæ pictura ac similitudo videatur appellanda.

Farioc. Ror. ulū est anima passionum.

COLLOQUIVM LVII.

THEOL.

Omnis

quatuor

passiones

in facie

sedem

habent.

Boet. l. 1.

de Conf.

Philos.

met. 7.

S.Thom.

1.2.q.25.

art. 4.

OStendamus nunc quomodo eadē facies lucidissimū speculum animæ passionum sit, quæ ipsorum habituū effecta quædam appellatur. Primū itaq; quatuor ille præcipuae Passiones, letitia, tristitia, spes, ac timor, quā pulchrè sedes oēs suas in illa collocarūt, in eaq; videri gestiunt & dígito demōstrari? Latitudinæ ergo frontē & oculos assignant, et si primario os, quod risu & hilariitate sua velut colore quopiam lucidissimo ad viuū eā exprimit atq; de-

pingit: iā eundē locum tristitia oc-
cupat, nec minus in tribus istis sedi-
bus videri spectarique vult: cōuer-
tens videl. B. molle in B. durum, &
paginā vertens foliumque commu-
tans: frōs namq; contractione, ocul-
lus lachrymis, os ipsa deiectione &
occulta quadam displicentia animā
mērere testatur. Hinc magnus ille
Naturæ perscrutator Plin. ait: Pro-
fectō oculis animus inhabitat. Hinc ^{Plin. l. 12.}
^{c. 37.} ^{Origo} ille misericordiæ lachrymæ. Hinc fletus lachry-
migantes orarii. Quis ille humor marū ex-
est, in dolore tam fœcundus & para-
tus, aut vbire reliquo tempore? Sunt pla- admirā-
nè hæc naturæ opera, sūt magni illi⁹ da.
Creatoris miracula, qui vbi cunq; ei
collibuit, admirandum præstare &
exhibere se potest. Iā quā distinctè
timor ab anima in faciē effunditur, ^{Timor,}
dū pallet; quā euidenter spes in eam ^{spes &}
trāsit, dum rubore venustissimo co- ^{irā in}
lorata temperataque est? Iracundia facie.
verò nonne manifestè in hac corpo-
ris parte elucet, quæ quēmadmodū
flamma in silua, sic ipsa in facie vo-
luntatur? ea enim cum imperat, frons
complicatur, supercilia attollūtur,

oculi colorem igneum præ se ferūt,
& instar carbonū in capite gyrātur,
fumant nares, pallent genæ, & eodē
instanti robore perfunduntur, labia
tremunt, ac deniq; vniuersæ illius
partes animā tonare ac fulgurare in-
dicant euidēterq; loquuntur: & hic
reuera locus ille est, in quo exultare

Poeta irā Poetæ solēt, & oēs suos colores ac
ex facie lumina conferre, vt quā maximè ad
describūt viuum hominis inflammati vultum
faciemq; depingāt. Cain cū sacrifici-
ciū suum Deo ingratū fuisse videret,
grauissimis doloris & iracūdīx sti-
mulis exacerbatus æstuabat, & sicut

Gen. 4.5. scriptura ait, *cōcidit vultus eius.* Atq;
vt vno verbo dicā, oēs cæteræ passio-
nes, quæ nihil aliud quā rami supra-
dictarū & velut surculi quidam sūt,
evidētissimè in corporis illa supe-

Homo
multis
præsidij
instruct^o
quib^o *af*
suas in-
telligit. riore parte eluent. Vnde etiā in ea
digredimur cognitionē, quantò ho-
mo maiora subsidia habeat ad pa-
fiones suas intelligendū, quā cæteræ
fectiones bestiæ & animantes. Nā vt omitta-
mus id quod præcipuū est, posse cum
verbis alijsq; à ratione procedenti-
bus demonstrationibus, cordis sux
mo-

motū, & animi sensa placitaq; foras proferre, quanti tu quæso naturalia illa signa faciēda esse existimas, quæ innumera sunt & significatiōra esse non possunt? Bestijs & auibus illud natura inseuit, ut cantu suo ac voce, aut etiā partis alicuius corporeq; cōmotione passiones suas pdere pos-
sint & demonstrare. Itaq; turtur ge- *Turtur.*
mitibus suis dolorem molestiamq;
testatur. Coruus crocitando timorē *Coruus.*
& metū. Pica cū admodū ira æstuat, *Pica.*
& pullos sibi subtractos stomacha-
tur, rostrū arbori illidit, ictus inge-
minat, contusionesque frequentat.
Leo rabiē & inflammatum animum *Leo.*
horrendo rugitur indicat, & caudæ
verberibus ac reflexione irā demō-
strat. Ceruus cū eū Leo persequitur,
& forte hominem obuium habet, ad
eum configuit, & lachrymādo angu-
stias suas exponit. Crocodil' lacry- *Crocodi-*
mas emitit cum quempia deuora- *lus.*
turus est. Equi & muli fatigati, aures *Equi &*
demittūt, cū timore percellūtur, ijs. *muli.*
argutantur. Lepores quoque cum *Lepores.*
metu, ac canibus in furia constituti
sepiuntur, eas atroflunt, cum morbo

Q. 5. - ten-

Afinus.

Canis.

Felis.

tentantur, pendere eas defluereque
permittunt. Afini quoq; quid patia-
tur auribus produnt atq; loquuntur.
Canes latrando iram effundunt. Fe-
lies caudæ suæ commotione modo i-
racundiam, modo blāditias præ se
ferūt. Nullū deniq; animal est, quod
non horū modorum usurpet aliquē,
cum animam & cor suum detectura
sunt: homo aut longè plura signa cō-
secutus est, quibus in corpore suo o-
stendere ac demonstrare possit, quid
anima timeat, sentiat, patiatur. vnde
reuera consequitur partem hanc, fa-
ciē dico, tabellam esse, in qua oēs a-
nimæ motus ac passiones viuis pul-
cherrimisque coloribus adumbra-
ta cernantur atq; spectetur: & quē
admodū in anima imago & similitu-
do Dei elucet, ita in vultu animæ ef-
figient & similitudinem apparere.

*In manu etiam imaginem animæ simi-
litudinemq; elucere.*

COLLOQUIVM LVIII.

THEO.

VIdetur nunc & illud reliquū
esse, vt quemadmodum ani-

mus